

rissime in symbolo Apostolorum per illa verba *Credo Sanctorum Communione*: Cujus articuli verus sensus juxta communem Catholicorum Theologorum est, quod detur in ecclesia Communio bonorum operum inter homines justos, quibus sibi invicem suffragari possunt. Homines enim justus sunt membra unius Mystici corporis ecclesie sub uno capite Christo; Unde ad *Ephe. 4.* comparat Apostolus ecclesiam corpori humano, in quo sicuti unum membrum sanum alteri præbet auxilium, ita etiam in Mystico corpore ecclesie unus homo justus alteri auxilium præstare potest per bona opera: Et hoc etiam expresse colligitur ex illo Psalmistæ *Psal. 18.* ibi: *Particeps ego sum omnium timentium te, & custodiendum mandata tua;* & ex illo *Ad Romanos 15.* ibi: *Obsecro vos fratres per Dominum Jesum Christum, & Charitatem Spiritus Sancti, ut adjuvetis me in orationibus vestris pro me ad Deum;* & ex illo *Jacobi 5.* *Orate pro invicem, ut salvemini; multum enim valet Oratio justis assidua.*

8 Unde possunt fideles justus se invicem vivos juvare per suffragia ad satisfaciendum pro penis temporalibus debitis pro peccatis quoad culpam jam dimissis. *Communis, ac certa* inter Catholicos, contra Hæreticos; Idque expresse docet Catechismus S. Pii V. in fine de Sacramento Penitentiae, ubi sic expresse dicit: "In eo summa Dei bonitas, & clementia maximis laudibus, & gratiarum actionibus prædicanda est, qui humanæ imbecillitati hoc condonavit, ut unus pro alio satisfacere possit."

9 Fideles possunt suffragari, & juvare suis bonis operibus etiam defunctos quoad remissionem penæ temporalis in Purgatorio exsolvendæ. *Est de fide,* & patet expresse ex *2. Machab. c. 12.* ibi: "Sancta ergo, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur." Et hæc veritas definita est in pluribus Conciliis, quæ refert *Mastrius theol. moral. disp. 23. q. 5. art. 1. num. 7.* & expresse in Concil. Trident. *sess. 25. in decreto de Purgatorio*, ibi: "Cum Ecclesia Catholica Spiritu Sancto edocta ex sacris literis, & antiqua Patrum traditione in sacris conciliis, & novissime in hac œcumenica Synodo docerit Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis, potissimum vero acceptabili altaris sacrificio juvari."

10 Hinc omnino plium esse, nec Divinæ Justitiæ, aut perfectioni contrarium satisfactiones à nobis offerri pro Animabus Purgatorii, recte ex Scriptura, & PP. & sensu universalis Ecclesie ostendit contra aliquos Raynaudus in *Heter. tract. 15. part. 1. sect. 1. punct. 1. sequent.* & iterum *punct. 10 & 11.* ubi contraria argumenta solvit, & sic tenent etiam *La Croix lib. 6. part. 2. n. 1336.* *Kazenberger in supplement. theol. Sacram. Patris Sporer Append. de suffragiis §. 2. n. 245.* & alii.

11 An autem laudabilius sit satisfactiones omnium suorum operum totius securitæ vitæ suæ transferre in Animas Purgatorii, vel sibi retinere? Variant Doctores. Raynaudus enim *loc. cit. sect. 2. punct. 2. Arriaga d. 40. sect. 2.* cum quibus inclinatur *La Croix loc. cit. num. 1336.* & alii docent, id esse minus laudabile, & fore prodigaliter venialiter malam contra charitatem propriam, & amoram Deo debitum, quia est velle Deum prius, & potius laudari ab alio, quàm à se; quod videtur esse hominis minus amantis Deum. Econtra autem Hautinus in *Patr. defunct. d. n. 627.* citans pro se Sanctum Thomam, Suarez, & Lugo, fuse contendit id esse laudabilius, quia per illum actum charitatis plus meretur gratiæ, & consequenter gloriæ sibi, & Deo per totam æternitatem: Quod & admittunt, ut revera admittendum est, etiam Auctores primæ sententiæ de eo, qui multo reatu onustus mori proximus applicat alteri, seu Animabus Purgatorii omnes satisfactiones suas, advertens se per id facere actum, qui merito, & dignitate sua damnus illud compensat, nam ex charitate transferens auget suam gratiam, qui est fructus æternus longe pretiosior.

12 Si quis vivens applicet Animabus Purgatorii omnes missas, preces, & satisfactiones pro se defuncto offerendas, probabilius invalide applicat. Raynaudus

*loc. cit. La Croix loc. cit. num. 1334.* *Kazenberg. loc. cit. num. 346.* & alii: Et ratio est, quia applicatio operis non est in potestate illius, pro quo offertur, sed pendet ab intentione operantis: Offerens autem, qui suo tempore offeret pro tali defuncto, non offeret ad dictam talis defuncti intentionem, sed offeret, ut ei prosit: Ideoque si tunc ei prodesse poterit, proderit, si autem prodesse non poterit, & offerens non substituat aliam intentionem, à Deo distribuuntur secundum interpretativam intentionem, & voluntatem factientis, & offerentis opus, ut in similibus cum Sancto Thoma tenent Pasqualig *quest. 76.* Raynaudus *loc. cit. part. 1. num. 52.* & alii: Quamvis *Kazenberg. loc. cit.* & alii apud *La Croix loc. cit. num. 1330.* dicant, quod tunc vel reputentur in communem thesaurum Ecclesie: Hautinus autem in *Patr. defunct. d. n. 627.* citans pro se Sanctum Thomam, Suarez, & Lugo, ut refert *La Croix l. 2. num. 179.* fuse contendit nedum id valide fieri, sed etiam laudabilius esse, quia per actum illum charitatis plus meretur Gratia; & consequenter Gloriæ sibi, & Deo per totam æternitatem. Quod tamen *Arriaga d. 40. sect. 2.* concludit minus esse laudabile, quia est velle Deum potius laudari ab illo, quàm à se, quod videtur esse hominis minus amantis Deum.

13 Suffragia necdum exhibita, etiamsi certo sint exhibenda, nunc non prosunt Animabus in Purgatorio. *Sic communis, & certa Doctores cum Raynaudo loc. cit. part. 3. num. 43.* *La Croix loc. cit. num. 1340.* & *Kazenberg. loc. cit. num. 247.* Nec hoc indiget probatione.

14 Per se loquendo utilis est Animabus, si statim magna copia suffragiorum pro illis offeratur, quia solum illis suffragia prosunt, si sint actu exhibita, non autem si sint, quamvis certo, exhibenda. Per accidens tamen potest esse laudabilius fundare Missam perpetuam, cum possit esse magis ad Dei gloriam, ut populus in perpetuum certo die, & loco missam pro commoditate habeat: Raynaudus *loc. cit. d. num. 47.* *La Croix l. c. d. n. 1341.* & alii passim.

15 Communio oblata pro Animabus Purgatorii de se non prodest ipsis, nisi in quantum actus adjuvanti sunt ex opere operantis impetratorii, vel satisfactorii. Sic fuse demonstrat Raynaudus *tom. 6. opuscul. 6. de communicatione pro mortuis,* & sequitur *La Croix loc. cit. num. 1344.* & alii.

16 Restitutio eorum, quæ defunctus abstulerat, aut adimpletio votorum quæ non expleverat, quamvis per accidens prodesse possint ratione priorum actuum, quos hæredes nunc eliciunt pro defuncto, tamen de se nihil conferunt ad liberationem Animæ. Sic S. Thomas, & Navarr. Sotus, Bellarminus, Suarez, Molina, Valentia, Raynaudus citati, & secuti à *La Croix loc. cit. num. 1345.* ubi dicit hanc conclusionem esse contra paucos: Et ratio est, quia vel defunctus ante mortem fecit quod potuit, & non ideo diutius patietur; vel id neglexit, & ideo patietur, quantum promerita est ipsius negligentia, non obstante, quod ejus hæredes suis digis omissis obligationibus satisfaciant, *arg. cap. Mora sua 25. de Regul. Juris in 6. & leg.* In condemnatione *173. §. 2. ff. de Regul. Jur. (Vid. art. 4. num. 15. verb. Emptio, & verb. Testamentum, ubi agitur de obligatione hæredum & executorum super ultimis voluntatibus.)*

17 Sic econtra negligentia hæredum in tali restitutione, & adimplerione votorum facienda non obest ejus Animæ in Purgatorio existenti, quia hæredum negligentia non est culpa ad ipsum pertinens. Et rem, quæ culpa caret, in damnum vocari non convenit, textu expresso in *cap. Cognoscens 2. de Constitutionibus:* Cum peccata suos debeant tenere Auctores; *cap. Quæsitivus 2. de his, que sunt à majori parte Capituli, l. Sanctimus 22. Cod. de penis:* Nec debeat aliquis alterius odio prægravari, *cap. Non debet 32. de Regulis Juris in 6. & leg.* Non debet *74. ff. de Regulis Juris. (Vid. verb. Monitorium, num. 52. lit. 1. pag. 37. num. 122. & verb. Pascua.)* Sic Doctores citati n. antecedent. Quamvis tamen varii alii apud *Mastrius in theol. moral. disputat. 24. quest. 2. art. 3. num. 69.* affirmant dilationem

res-

18 restitutionis à testatore relicte obesse ejus Animæ in Purgatorio existenti, & esse causam longioris dilationis in illis penis: Unde Sancta Birgitta *lib. 7. Revelationum cap. 66.* affirmat tamdiu Animam cruciari in Purgatorio, donec restituatur ablatum; & huic opinioni favent revelationes quedam Animarum defunctorum, quæ vivis apparuerunt, & ab hæredibus suorum debitorum restitutionem fieri petierunt, ut à Purgatorio liberarentur.

19 Usus cererum ardentium prodest defunctis in quantum conjuncti, & amici nomine defuncti protestantur se confiteri Christum esse verum lumen, & ex ejus meritis sperare misericordiam. Raynaudus *loc. cit. sect. 3. punct. 11. quest. 8.* *La Croix loc. cit. num. 1347.* *Kazenberger loc. cit. num. 250.* & alii.

20 Aspersio Aquæ benedictæ prodest defunctis propter preces ecclesie, quia benedicendo petit prodesse etiam ad condonationem peccatorum. Raynaudus *loc. cit. q. 4.* *La Croix loc. cit. num. 1347.* *Kazenberger loc. cit. num. 250.* & alii.

21 Incensatio thuris prodest, in quantum orat Ecclesia, ut anima pascatur odore caelesti. *La Croix loc. cit. numer. 1347.* *Kazenberger loc. cit. num. 250.* Raynaudus *loc. cit. & alii.*

22 Campanarum pulsus non juvat defunctis, nisi indirecte, quatenus movet audientes ad orandum, seu suffragia offerendum pro defuncto. Raynaudus *l. c. punct. 7.* *La Croix loc. cit. num. 1346.* *Kazenberger loc. cit. n. 249.* & alii.

23 Sepultura in loco sacro prodest defunctis, partim quia preces publice ecclesie, quæ in tali loco funduntur, extenduntur etiam ad inibi sepultos, & partim quia cum fideles frequentius illic conveniant, frequentius excitantur ad orandum pro ipsis. Raynaudus *l. c. punct. 12. quest. 3.* *Kazenberg. loc. cit. num. 250.* *La Croix loc. cit. n. 1347.* & alii, *arg. cap. Fratrum tunc 3. de sepultura. (Vid. verb. Sepultura.)*

24 Ut suffragium habeat suum effectum, tres conditiones requiruntur in eo, pro quo suffragium offertur: Prima, quod indigeat suffragio, id est, sit debitor alicujus penæ temporalis, quia ubi nulla restat talis penæ solvenda, nullum etiam requiritur suffragium pro ejus exsolutione. Secunda, quod sit in statu gratiæ, quia qui est in peccato mortali, utpote membrum mortuum, non potest recipere subsidium, seu suffragium ab aliis membris vivis. Tertia, quod peccata, pro quibus satisfactio, seu suffragium exhibetur, jam sint delicta quoad culpam, quia non remittitur penæ, antequam sit remissa culpa, pro qua est: penæ promerita. *Communis.*

25 Item, ut suffragium suum sortiatur effectum, tres conditiones requiruntur etiam ex parte illud offerentis. Prima, quod sit in statu gratiæ, quia existens in peccato mortali indignus est remissione culpe, & penæ, adeoque impotens est ad obtinendam aliis remissionem penæ temporalis per suffragia ex opere operantis, ac nomine proprio exhibita; licet tantum id possit per suffragia ex opere operato, ac nomine, & in persona ecclesie oblata, ut missarum sacrificia, indulgentiæ, & divina officia in persona ecclesie à Sacerdote oblata, quæ suum sortiuntur suffragandi effectum, non obstante Offerentis peccato. Secunda, quod Offerens habeat intentionem offerendi, & applicandi suffragium pro eo, cui prodesse intendit, & talis intentio, seu applicatio opus bonum præcedat, & non subsequatur. Tertia, quod suffragium sit opus, quod ex se vim habeat satisfaciendi, id est, habeat valorem, & pretium ad solvendum debitum illius, pro quo offertur, ut sunt oratio, jejunium, & elemosina, sub quibus omnes alie operationes penales, & satisfactoriæ comprehenduntur. *Sic Doctores communiter.*

26 Generales, & Provinciales Ordinum Regularium possunt extra Religionem specialibus suis Benefactoribus, sive secularibus, sive ecclesiasticis communicare, & applicare omnia bona spiritualia, seu suffragia sui Ordinis, sive omnium Religiosorum sibi subditorum ex speciali privilegio à Urbano V. concessio Generalibus, & Provincialibus Ordinis Minorum, prout habetur in

FERRAR. BIBLIOTH. TOM. VIII.

*Monumentis Ordinis secundæ impressionis fol. 261. & in compendio privilegiorum verb. Indulgentia quoad secularis quarto numero 6. nomen. Ut Generalis, & Provinciales totius Ordinis Minorum possint communicare suffragia, Indulgentias, Oraciones, & bona spiritualia Benefactoribus Ordinis.* Et id communiter fieri solet concedendo literas, quæ vocantur *filiantias*, seu *literas filiationis*, vel *fraternitatis*, aut *suffragia Ordinis.*

27 Dicta communicatio omnium bonorum operum, seu suffragiorum Ordinis, per hujusmodi *filiantias*, seu *literas filiationis*, vel *fraternitatis* à Regularibus Prælatibus specialibus suæ Religionis Benefactoribus concessas, multipliciter ipsis prodest: In primis quidem per modum ejusdem meriti de congruo, cum omnino congruum sit, quod ob multiplicia merita Religiosis, in cujus filiationem, seu fraternitatem dicti ejusdem speciales Benefactores sunt assumpti, Deus peculiariter auxilio, & protectione foveat, defendat, atque custodiat; ratio enim amicitia postulat, ut Deus propter amicos suos specialia beneficia conferat etiam illis, qui amicitia, & fraternitate illis conjuncti sunt: propter enim decem justos, si ibi inventi fuissent, pepercisset Dominus Sodomæ, & Gomorrhæ, ac finitimus civitibus; *Gener. 18.*

28 Item talis communicatio prodest illis per modum impetrationis, in quantum assistunt Oraciones, pia, & religiosa exercitia, divinaque officia, quæ diu, nocturne in Religione peraguntur, possunt de congruo mereri, & impetrare, ut Deus Confederatis illis specialia gratiæ auxilia conferat, quibus à peccatis præserventur, & si in ipsis sint, ab eis avocentur, atque ab omnibus animæ, & corporis malis liberentur.

29 Item talis communicatio prodest illis per modum satisfaciendi, quia in Religiosis Ordinibus ultra plurimas missas, multiples preces, & continua divina officia, peraguntur prope modum infinita opera penalia, atque satisfactoria, ut jejuniorum, vigiliarum, abstinentiarum, penitentiarum, disciplinarum, mortificationum, peregrinationum, prædicationum, lectionum, meditationum, observantiarum, laborum, & devotionum, & hujusmodi, quæ applicantur pro Fratribus, Benefactoribus, ipsisque Confederatis, tam vivis, quàm defunctis.

30 Tandem talis communicatio prodest illis, quia Regulares in casu mortis alicujus sui specialis Benefactoris habentis dictam filiantiam, seu suffragia Ordinis, possunt unica missa per modum suffragii ipsius Animam liberare à penis Purgatorii ex concessione Clementis VIII. facta Minimis, & consequenter omnibus aliis communicantibus cum eis, quæ habentur; *Tom. 2. Privilegiorum ejusdem Ordinis Constit. 10. dicit Clementis VIII.* Et referunt Peyrinus ad dictam constitutionem n. 2. Basseus *verb. Suffragium n. 2.* Reiffenstuel *theol. moral. tract. 12. q. 7. n. 88.* & alii passim.

SUPERBIA.

SUMMARIUM.

- 1 Superbia unde dicatur.
- 2 Superbia quid sit.
- 3 Superbia completa, & consummata, seu in suo genere perfecta, est peccatum mortale.
- 4 Item peccatum mortale est superbia, cum quis existimat habere ex se, & non à Deo bona gratiæ, naturæ, & fortune.
- 5 Item peccatum mortale est superbia, cum quis cognoscit quidem se à Deo talia bona habere, sed ex suo merito, & justitia, & non ex liberalitate ipsius Dei.
- 6 Item peccatum mortale est superbia, quoties est conjuncta cum gravi contemptu, & notabili damno proximi.
- 7 Inter alias solitas assignari filias superbiæ, tres sunt præcipuas, nempe Vanagloria, Presumptio, & Ambitio.

lii

Quid

- 8 Quid sit vanagloria, an, & quando sit peccatum veniale, vel mortale.
- 9 Quid sit praeiumpcio, & an, & quando sit peccatum veniale, vel mortale.
- 10 Quid sit ambitio, & an, & quando sit peccatum veniale, vel mortale.
- 11 Superbia imperfecta, & late accepta, quae proprio nomine dicitur philautia, per se, & ex suo genere est tantum peccatum veniale.

1 SUPERBIA ut sic dicitur ex eo, quod quis in donis naturalibus, vel supernaturalibus inordinate appetat ipse excellere, vel eminare supra alios, ac velut alios superare; superbia enim sic dicitur a super, & ire, quia superbus super alios, & supra suam mensuram ire vult: Unde superbia est appetitus inordinatus propriae excellentiae super alios; Ita in re Communis.

2 Superbia completa, & consummata, seu in suo genere perfecta, est, qua quis inordinate ita excellere, seu eminare appetit super omnes, ut nec ipsi Deo, nec Superioribus, eorumque legibus subijci velit, & est peccatum mortale, & diabolicum, poena aeterna Inferni meritiissimum; unde de sic superbo Lucifero Isaia cap. 14. habetur: "Detracta est ad Inferos superbia tua, quae dicebas in corde tuo. In Caelum conscendam, super astra Dei exaltabo solum meum, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimi."

3 Item peccatum mortale est superbia, cum quis existimat habere ex se, & non a Deo bona gratiae, naturae, & fortunae, juxta illud superborum relatorum Deuteronomii cap. 32. num. 27. ibi: "Ne forte superbirent... & dicerent: Manus nostra excelsa, & non Dominus fecit haec omnia?" Unde Apostolus 1. ad Cor. c. 4. contra similem superbum sic invehit: Quid habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti?

4 Item peccatum mortale est superbia, cum quis cognoscit quidem se a Deo talia bona habere, sed ex suo merito, & iustitia, & non ex liberalitate Dei; Communis.

5 Item peccatum mortale est superbia, quoties est conjuncta cum gravi contemptu, & notabili damno proximi, ut si quis superbiendo de sua excellentia, valde aspernetur, & reprobat tanquam vilem proximi statum, & conditionem, & se extollendo super alios in aliqua professione, ut Legiste, Medici, Concionatoris, & hujusmodi injustum, & grave damnum aliis causet; Communis.

6 Quamvis plures soleant assignari filiae superbiae, ut jaecantia, ostentatio, hypocrisis, inobedientia, perti- nacia, discordia, curiositas; tres tamen sunt ejus filiae praecipuae, nempe vanagloria, praesumptio, & ambitio. Sic in re communiter.

7 Vanagloria est appetitus inordinatus manifestatio- nis propriae excellentiae, seu humanae laudis, & gloriae. Et haec ex genere suo, & per se est solum peccatum veniale, quamvis possit fieri peccatum mortale per acci- dens ratione materiae, si nimirum gloriatio fiat de mortaliter mala, vel ratione notabilis damni proximo illati. Communis.

8 Praesumptio est appetitus inordinatus aggrediendi ali- quid supra proprias vires. Unde ille dicitur praesump- tuosus, qui temerè dicere, vel facere aliquid supra id, quod potest. Per se, & ex genere suo est tantum pec- catum veniale; potest tamen fieri mortale per acci- dens, si inde imminet periculum gravis injuriae Dei, nota- bilis damni proximi, aut salutis propriae; sicque gra- viter peccat, qui praesumit quaerere, & exercere of- ficium Judicis, Consiliarii, Medici, Confessarii, Lec- toris, Magistri, & hujusmodi sine sufficienti scientia. Communis.

9 Ambitio est appetitus inordinatus propriae excellen- tia in honoribus, vel dignitatibus non debitis, vel de-

bitis majoribus. Per se, & ex genere suo est solum pec- catum veniale; at vero potest fieri peccatum mortale per acci- dens, vel ratione materiae, ut si quis ambiat dignitatem, qua notabiliter sit indignus; vel ratione circumstantiarum, ut si modo, vel medio moraliter malo, puta per subornationem, per simoniam, & hu- jusmodi quaerit quis fieri Superior, seu Praelatus; vel ratione damni proximo illati, ut cum quis cum alterius notabili damno, & gravi injuria, vult officium, seu be- neficium obtinere. Communis.

10 Unde de primo ad ultimum, quamvis superbia com- pleta, & consummata, seu in genere perfecta, & proprie capta, sit peccatum mortale, ut patet ex dictis supra num. 3. & seq. Tamen superbia imperfecta, & late accepta, qua quis non renuens subijci quibus debet, in suo dumtaxat interno affectu sese magnificat, est tantum veniale peccatum, quia sine Deo contemptu, & proximi notabili despectu, aut damno sese plus iusto offerre non est adeo gravis inordinatio; adeoque per se, & ex suo genere non excedit peccatum veniale, ut tradunt passim Doctores. Et talis superbia late dicta, quae proprio nomine dicitur philautia, quamque Scorus in 2. dist. 6. quest. 2. vocat luxuriam quamdam spiri- tualem, consistit in immoderata propria perfectionis complacentia, nullo habito ad alios respectu. (Vid. lit. I, pag. 209. col. 1. in fin. ac leg. 10. & 11. tit. 5. p. 2.)

SUPERIORES.

1 SUPERIORES Regulares exacte observare debent sanc- ta in decretis Clementis VIII. & in suis peculiaribus constitutionibus in Tyrone admissione. Bened. XIV. tom. 2. constit. 47. incip. Si datum. Superiorum consen- sus requiritur à S. Sede in concedendis dispensationibus pro Regularibus. Idem ibi.

2 Superiores Regulares non possunt suis subditis con- cedere literas dimissorias ad recipiendos Ordines ab alio, quam ab Episcopo diocesano, nisi hic à diocesi absit, vel ordinationes in Temporibus non sit habitu- rus. Idem const. 27. incip. Impositi Nobis: Eorum di- missoriae nullae declarantur, nisi adjuncta habeant do- cumenta subscripta à Vicario Generali, vel Cancellario, aut Secretario ejusdem Episcopi de ejus absentia à dio- cesi, sive quod Ordinationes non sit habiturus. Idem ibidem.

3 Superiores Regulares monasteriorum Monialium bis, aut ter in anno Confessarium extraordinarium offer- re tenentur universae Communitati. Idem const. 56. inc. Pastoralis cura: Et quidem semel saltem in anno hu- jusmodi Confessarium deputare debent à Clero seculari, vel ex alio Ordine Regulari. Idem ibi. Singulis autem Monialibus peculiarem Confessarium extra Ordinem in pluribus casibus denegare non debent; Idem ibi. Vide verb. Confessarius.

4 Superiores Regulares non se opposentes Regula- ribus petentibus professionis nullitatem, officio suo de- esse censentur. Idem constit. 47. incipit. Si datum: Superior Regularis una cum Ordinario Loci, cognos- cere debet causas super nullitate professionis Regularis inter quinquennium promotas, sive actio sit à Religione intentata, sive à Professo. Idem ibi. Idem statutur, si causa intra quinquennium legitime introducta, post quinquennium denuo instaretur. Idem ibi.

5 Superior Regularis similiter cum Ordinario cog- noscere debet causas nullitatem professionum Monia- lium sibi subjeclarum. Idem ibi. Superior Regularis ad effectum cognoscendi causas super tali nullitate pro- fessionis, est Praelatus monasterii, cui conceditur est universum monasterii regimen, non autem Confessa- rius Monialium. Idem ibi. Superior Regularis Conju- dex in hujusmodi causis existens, juri suo cedere ne- quit, sed alium potest subdelegare. Idem ibi.

6 Bene quidem A. procedit circa materiam hisee numeris comprehensam. Quantummodò de Monialibus

- 14 Superiore Regulari dissentiente à judicio Episcopi in causa nullitatis professionis, causa devolvitur ad S. Sedem. Idem ibi. Superior Regularis alius à primo, una cum Judice secundae, aut ulterioris instantiae, sem-

immediatè Superioribus Regularibus subiectis loquitur; pertingit: hoc in casu nullius Coniudicis assistentia ad cognoscendum & judicandum super professionis nullitate requiritur, sed erit solus Ordinarius cognitio, & determinatio.

15 Praesens materia in nullo alio nitiur fundamento, quam in Constitutione S. D. Benedicti. XIV. (a) per quam est praescriptus ordo, qui servari debet in ecclesiasticis tribunalibus, dum similes cause discussionem merentur;

(1) Bull. Sanct. D. Bened. XIV. B E N E D I C T U S E P I S C O P U S, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Si datum hominibus fidem frangere, conventiones- que eas quae ab humanis legibus robur accipiunt, abrum- pere, ac violare non licet; multo magis necesse est obli- gatam Deo mentis propositum immutabiliter servari: Nosque praesertim, utpote sacramentum Legum custodes à Deo constitutos, oportet eorum pactum, quae Di- vino, & Ecclesiastico jure indissolubiles sunt, perpe- tuam firmitatem, & observantiam asserere. Eam ob rem jam usque ab anno Incarnationis Dominicae 1741. Pontificatus nostri anno primo, Apostolicas literas de- dimus, incipientes: Dei misericordiam, in Bullario nostro deinde editas tom. 1. num. 33. quibus certum praescrip- simus ordinem in Tribunalibus Ecclesiasticis servandum, cum in ipsis discuti, & definiti deberent causae, in quibus de nullitate alicujus matrimonii contracti ageretur: non eo quidem consilio, ut si quod forte matrimonium cum impedimento aliquo dirimente initum fuisset, de il- lius nullitate iudicium postulati, aut fieri prohiberemus; sed ut in hoc gravissimo iudicii genere, in quo de sacro coniuniorum foedere agitur, pleniori veritatis elucida- tionem consuleremus, utque Iudices non sine certissima cognitione omnium, quae ad rem maxime conducunt, hujusmodi vinculum ex tot rationibus insolubile senten- tiis suis, tanquam irritum ab initio, dissolverent. Cuius quidem constitutionis utilitas, Deo favente, ad hunc diem aperte comprobatur; cum ex eo tempore ne- que tot causae super praetensa matrimoniorum nullitate in tribunalibus pendant, nec tam frequenter, ut antea, nobis exhibeantur preces pro obtinendis dispensationi- bus super matrimonio rato, & non consummato; dum scilicet ante omnium oculos proposita sunt difficultates paulo quidem majores, sed omnino iustae, quae ex novo ordine à Nobis statuto, cuiusbet servandae se offerunt, antequam optatum finem assequantur. Quemadmodum itaque pro matrimonii carnalibus à nobis provism fuit; ita nunc, & spiritualibus animarum nexibus, de Reli- giosis videlicet utriusque sexus Regularium professioni- bus, pari ratione statuere decrevimus: nimirum certam normam, ac methodum tradere, quam observare de- beant Iudices ecclesiastici, quoties iudicia super nul- litate professionum in aliquo Ordine Regulari à Sede Apostolica approbato factarum coram ipsis agitari con- tingat, neque id quidem ad hunc finem, ut aditus in- tercludatur illis, qui iustis de causis hujusmodi actiones intentare velint, ac postulent professionem à se factam ex capite nullitatis irritam declarari; sed ut ipsi Iudices rerum veritatem in specie dignoscere, suasque sen- tentias indubis fundamentis innixas proferre valeant; ac ne unquam ex ignorantia factorum, aliquem decern- tum solum vinculo, dum is forte valida solemnium votorum professione emissa, Religioso Ordini, cui no- men dedit reipsa, maneat astrictus. Qua ex methodo à Nobis tradenda hunc fructum similiter obtenturum speramus, ut & rarioris in posterum in tribunalibus futurae sint causae super praetensa professionum nullitate: & qui deinceps hujusmodi nullitatis declarationem in foro externo obtulerint, & consequenter à Religione disces- serint, non amplius anxia, aut male tuta conscientia vivant, ac propterea ad Nos, aut ad officium Peniten-

per in causis hujusmodi iudicare debeat. Idem ibi. Sicut loco iudicii secundae, aut ulterioris instantiae non adie- Superior Regularis ejusdem Ordinis, assumendus erit Superior monasterii vicinioris ipsius Ordinis, vel alius Ju-

tiariae nostrae Apostolicae, ut non semel evenisse novimus, confugere cogantur, occultato, ut moris est, in precibus nomine, fatentes sententiam super professionis nullitate pravis artibus extortam à se fuisse, decepto Judice, vel per mendacia in facti expositione adhibita vel per corruptos testes, ideoque flagitantes, ut ex gra- tia, & dispensatione Apostolica, facultas manendi in seculo ipsis indulgeatur. Ut autem ordinatè procedamus distinguendum initio est inter Regulares illos, qui in- tra quinquennium à die factae professionis de illius nul- litate actionem promoverunt, & eos qui post elapsum quinquennium reclamant. Quod ad priores attinet, esse- lebre est de illis decretum Sacrae Tridentinae Synodi sess. 25. de Regular. cap. 14. in haec verba: Quicumque Regularis praetendat se per vim, & metum ingressum esse Religionem, aut etiam dicat ante aetatem debita- tam professum fuisse, aut quid simile, vultque habitum dimittere quacumque de causa, aut etiam cum habitu dis- cedere sine licentia Superiorum, non audiat, nisi intra quinquennium tantum à die professionis, & sine non aliter, nisi causas, quas praetenderit, deduxerit coram Su- periore suo, & Ordinario. In quo sanè decreto licet in- litera Virorum Regularium dumtaxat mentio fiat, ni- hilominus etiam foeminae Religionem professae compre- henduntur; cum ex regulis juris masculinum genus etiam foemini inculdat, ubi una esdemque causa, pro foeminis aequè ac pro masculis militat. Quamvis autem decreti verba satis clara sint, variae tamen quaes- tiones circa eorum sensum ad viciniam fuerunt. Cum etenim ibi sermo dumtaxat sit de Regulari Professo, qui suam professionem nullam fuisse contendat: Quicumque Regularis praetendat se per vim, & metum ingressum esse Religionem, &c. nihil verò expresse statuitur de ipsa Religione, cujus aliquando interest alicujus alumni sui professionem irritam declarari, ut si quis exempli causa compariatur occultum aliquod impedimentum non revelasse, de quo interrogatus fuerat adjecta declara- tione, quod, eo forsitan existente, & non patefacto à ip- sius dimissio à Religione minime rata habenda foret; hinc dubitatum fuit, an in hujusmodi casu solus Super- ior regularis sine Ordinario procedere posset, an verò etiam in hac facti specie discutenda esset causa coram Regulari Superiore simili, & Ordinario loci. Super quo Congregatio Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium ad ipsius Concilii Tridentini interpretationem ab Aposto- lica Sede deputatorum, constanter decrevit causas hujus- modi super nullitate professionis, tam à Regulari pro- fesso, quam à Religione intra quinquennium in Judi- cium deductas, & à Superiore Regulari, & ab Ordina- rio loci simul cognoscendas esse. Cum item quinquen- nium, intra quod admittitur reclamatio adversus pro- fessionem, Sancta Synodus computandum voluerit à die professionis, cumque potior, atque communis causa, quae pro nullitate professionis adduci solet, in metu consistat, metus autem per totum quinquennium, atque etiam ulterius, aliquando perseveret, quæsitum fuit, an ubi de metu agitur, initium quinquennii desumendum sit ab ipso die professionis emissa, an verò à die, quo Pro- fessus liberam reclamandi facultatem habere coepit. Ea- dem vero Congregatio declaravit, in utroque pariter ca- su concessum quinquenni tempus à die emissa profes- sionis esse computandum. Ad idem pariter quinquen- nium pertinet alia agitata quaestio, an scilicet praedicti Ordinarius, & Superior Regularis cognoscere possint causas nullitatis professionis etiam post ipsum quin-

17 Index Ecclesiasticus deputandus ab eo, ad quem pertinet, suas vices ad hunc effectum ei delegante. Idem ib. Superior Regularis in casibus nullitatis professionis

nam sine omnium, quæ conducentia æstimantur, cognitione, erit impossibile, fructum consequi necessarium; & quamvis A. aliisque in locis summam pertingat, quod perneceesse est in perfecta harum causarum discussione, consentaneum censetur, insinuationem efficere, quorum defectu stante, nullitatis argueretur eorum formatio, nullumque effectum produceret; causa si super professionis nullitate in publicum redigatur, dummodo quædam, ubi nempe Professus intra illius decursum reclamaverit, sed iudicium prosequi deinde neglexerit, aut nequiverit. Decretum est autem ab eadem Congregatione coram præfatis Iudicibus à Concilio memoratis agenda esse causam, etiam post elapsam quinquennium, dummodo satis constet eam intra præscriptum tempus à reclamante intentatam fuisse. Et ipsis autem Iudicibus pro-hujusmodi causarum cognitione à Sancta Synodo designatis per ea verba, coram superiore suo & ordinario, complures similiter motæ sunt quæstiones, quæ majori eorumdem verborum elucidationi causam dederunt. Et primò quæsitum fuit, quisnam censendus esset Superior Regularis in casu, & ad effectum de quo agitur, utrum scilicet Provincia Rectör, an Generalis Ordinis moderator. Congregatio autem ejusdem Concilii interpreti diffiniit esse Superiorem localem, nimirum Abbatem vel Guardianum, sive Priorem, aut alio quocumque nomine nuncupatum Præpositum, seu Rectorem illius monasterii, aut cœnobii, in quo reclamans professionem emisit; eum nempe, qui hujusmodi monasterii, aut cœnobii regimen exercet, quo tempore causa super nullitate professionis in iudicium deducitur. Quæsitum item fuit, quisnam Monialium proprius Superior dicendus sit ad effectum iudicandi una cum Ordinario de eorum professionis nullitate. Responsum fuit, quod si agatur de Monialibus Ordinario loci immediate subiectis, tunc, quam nullus sit eorum Superior Regularis, solus Ordinarius iudicat de professione reclamantium intra quinquennium: si verò Moniales Regularium regimini subsint, tunc hujusmodi causæ iudicandæ sunt ab Ordinario loci simulque à Superiore Regulari; ab eo nimirum, cui conceditum est universum monasterii regimen, non autem à Confessario Regulari Monialium. Dubitatum est etiam, utrum Superior Regularis jus suum cedere possit Ordinario loci, eique permittere, ut in hujusmodi causis solus procedat, & iudicet: id autem prædicta Congregatio fieri posse negavit, permisit tamen Superiori Regulari, ut si iudicium assumere non lit, aut non possit, alium subrogare valeat, vel Regularem, vel etiam ecclesiasticum secularem juris canonici peritum, qui una cum Ordinario Iudicis partes exerceat. Denique quæsitum fuit si fortè Ordinarii, & Superioris Regularis iudicia inter se discrepantia extiterint, quodnam ex ipsis alteri prævalere debeat; at in hoc casu responsum fuit, causam ipsam ad Apostolicæ Sedis iudicium devolutam censi. Quum vero inter capita nullitatis professionem Regularem irritantia, unum etiam adnumeretur, si nempe aliquis professionem emisit in cœnobio ad Novitiorum institutionem minime destinato, in his tamen locis in quibus rec. mem. Prædecessor noster Clemens Papa VIII. decreta de Regularibus à se edita vim habere mandavit; si quis ex hoc capite professionem à se factam intra quinquennium impugnare voluerit, aut etiam si Religio intra idem quinquennium postulaverit alicujus professionem ex hujusmodi capite irritam declarari, decretum extat à fel. record. Urbano Papa VIII. altero Prædecessore nostro, iustis, gravibusque de causis, ac de consilio præfate Congregationis Concilii Tridentini Interpretis, editum die 5. Januarii 1636. incipiens: Ad occurrendum: quo statutum fuit hujusmodi causas ad eandem Congregationem privative pertinere. Hæc sunt potiora in genere decreta ex regestis prælaudatæ Congregationis excerpta, quæ licet aliis à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus Apostolica auctoritate non semel approbata fuerint, & confirmata: Nos tamen eadem præsentium

non admittitur ad iudicium ferendum, quum causa apud S. Sedem iudicatur quacumque de causa. Idem ib. Etiam si agatur de causa intra quinquennium promotâ. Id. ib. Superiores Regulares, & non Parochi, debent exquiri-

literarum tenore, atque auctoritate simili, novo approbationis, & confirmationis nostræ robore communibus atque ab omnibus, ad quos spectat, seu respectivè spectabit impostero, pro regula haberi, ac plenariæ executioni demandari precipimus. Quibus ita constitutis, firmataque pertinentia causarum, quæ intra quinquennium à die professionis emissa adversus illius validitatem introducuntur, consequens est, ut & ea indicemus quæ de ordine, ac methodo in hujusmodi iudiciis servanda; à Majoribus sapienter constituta sunt, tum ea proferamus, quæ Nos ipsi opportunè addenda censuimus, quæque pari auctoritate, ac præsentium literarum vigore perpetuis futuris temporibus servari volumus, & mandamus. Jam de ipsa hujusmodi causarum introductione notum est decretum ejusdem Concilii Tridentini cit. sess. 25. cap. 19. Regular. Ut si quis antea habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandum quancumque causam admittatur, sed ad monasterium redire cogatur, & tamquam Apostata puniatur, interim verò nullo privilegio sue Religionis juret. Ex quo sequitur Regularem postulante iudicium fieri de sue professionis nullitate, ab ipso iudicij limine repelli, nisi constet eum in Religione suæ claustris morari, & habitum Regularem resumpsisse, si ipsum antea deposuerit. De probationibus verò, licet non ignoremus, apud Superiores Regulares, Ordinariosque locorum usu receptum fuisse, in re tanti momenti iudicia sua fundare in extrajudicialibus, atque attestationibus quantumvis juramento firmatis, quæ ad perpetuum dicuntur, hoc tamen de cetero usurpari prohibemus, volentes, atque districtè mandantes, ut ad astruendas probationes hujusmodi causis necessarias verus iudicialis processus omnino conficiatur, in quo & articuli exhibeantur ex parte illius, qui adversus professionem agit, & interrogatoria dentur ab ea parte, quæ stat pro ipsius professionis validitate, & testes tam super articulis, quam juxta hujusmodi interrogatoria examineantur; utque forma non servata processus ipse, & sententia dependenter ab eo prolata insanabili nullitate vicio corrumpere censeantur; salva etiam dispositione juris communis quoad alia nullitatis capita, si quæ fortè in ipsa processus compilatione intervenerint. Sub eadem poena nullitatis decernimus, atque statuimus ut in hoc iudicio citari, aut audiri debeant tum Defensores monasterii, seu cœnobii, in quo Professus vota Religiosa suscepit, tum ipsius Professi consanguinei, sive propinqui, sive alii, quibus bona sua donavit, aut cessit, uno verbo, omnes, quorum interest illius professionem sustineri: in primis autem ii citentur (si superstitis fuerint) qui iudicati erunt tamquam auctores, aut complices metus eidem incussi, ut votis invitus se obstringeret. Quemadmodum vero in citata constitutione nostra, quæ incipit: Dei miseratione: decrevimus; ut in singulis diocesis ab Ordinario deputari deberet aliquis probitate, ac doctrina commendatus, cuius officium esset in causis matrimonialibus in iudicio stare pro validitate matrimonii, ita nunc omnibus, & singulis locorum Ordinariis committimus, & mandamus, ut personam aliquam similibus qualitatibus præditam in suis respectivè Diocesis eligant, cui Defensoris professionum munus imponant, atque huic omnia demandata, injuncta, & respectivè applicata esse censeantur quæcumque Nos in præcatis literis de matrimonii Defensore statuimus: Nos enim eadem omnia, & presentium tenore, ad hujusmodi professionum Defensores expressè extendimus, & respectivè applicamus, & quoad istos pari modo locum habere decernimus. Id solum peculia-

quiere à suis familiaribus, & continuis commensalibus, eisque actu inserentibus, an præcepto Paschalis Communionis satisfecerint. Sic Sac. Cong. Conc. ex Bullario Ord. Prædicatorum tom. 7. p. 322. constit. 69.

SUPERSTITIO.

SUMMARIUM.

- 1 Superstitio unde dicta, & quid sit.
2 Superstitio est duplex, una ratione rei cultæ, & alia ratione cultus, & quæ utraque sit.

intra quinquennium à die quo illa sit emissa, intentetur, & ipsiusmodi Superiori Regulari, erit ventilanda, nisi qui intendit, de Monialibus loquendo, nullum alium præter Ordinarium cognoscat, vel sit subiectus, adeo ut neuter in primo casu solus procedat, nec determinabit: duo semper Iudices erunt ad utrumque; quia si Localis Regularis nequeat causam assumere, subrogatur pro Defensore professionis in presentibus stantem, ut scilicet quicquid pro ipsius honorario, aut mercede, sive pro expensis in defensione causæ occurrentibus eidem præstandum esse iudex prudenter arbitratu fuerit, id omne ab illis exolveri debeat, quibus à Professo renuntiata fuerunt bona in Religione ingressu dimissa; si verò hi non existant, aut si Professus nihil renuntiandum habuerit, ipsa Religio, quatenus ex illis sit, quæ temporalia bona possident, ad hujusmodi solutiones teneatur. Si autem nec adsint bona renuntiata, nec Ordo Regularis de quo agitur, quidquam possideat, tunc Defensori professionis satisfiat ex pecuniis multarum illius tribunalium, in quo causa agitata fuerit, sive alterius, prout in aliis prædictis literis nostris de matrimonii Defensore statuimus. Lata demum sententia à Superiore Regulari, & ab Ordinario loci, si ea pro validitate professionis pronuntiata fuerit, neque professus appellacionem interponat, causam finitam esse non dubitatur. Si verò Professus ad iudicem secundæ instantiæ appellaverit, vel etiam ulterius eadem causa retractanda fuerit, in omnibus hisce iudiciis volumus similiter Defensorem professionis esse officio deputatum intervenire, eodem prosumo modo, quo in citata constitutione decrevimus, Defensorem matrimonii in secunda, & ulteriori instantia iudicio semper adesse. Ac sicuti præterea statuimus hujusmodi Defensoris partes esse à sententia iudicio primæ instantiæ pro matrimonii nullitate lata alterius instantiæ iudicem provocare, & formam prosequendi iudicium in ulterioribus hujusmodi instantiis præscripsimus, ita porro volumus, ut Defensor professionis à sententia in prima instantia pro nullitate professionis edita appellare omnino debeat; atque in secunda, seu ulteriori hujusmodi causarum revisione, eadem omnia volumus observari, quæ pro causis matrimonialibus in eadem constitutione mandavimus. Quemadmodum denique legitimis poenas eidem constituimus adversus eos, qui post unicum obtemperant sententiam pro prioris matrimonii nullitate, sive pendente appellacione, sive ea per incuriam, aut fraudem defensoris, non interposita, ausi fuissent novas nuptias contrahere; atque decrevimus nemini licere ad altera vota transire, nisi duæ saltem sententiæ conformes pro nullitate prioris matrimonii emanaverint: ita si quis in Ordine Regulari Professus post unicum sententiam favore nullitatis professionis pronuntiata, sive pendente, sive ommissa culpabiliter appellacione, & claustris exire, à Religione discedere, quodque magis est, habitum Regularem abjicere præsumperit, volumus, atque statuimus omnibus eum poenis, atque censuris à sacris canonibus, & constitutionibus Apostolicis contra Apostatas latis, atque sanctis, subjacere, & obnoxium esse: decernentes pariter in hujusmodi causis de professionis nullitate, liberum Professo non esse à Religione migrare, nisi duas saltem obtriverit sententiæ conformes, quibus ab eo emissa professio nulla, & irrita declarata fuerit. Et primæ quidem instantiæ Iudices super validitate professionum, quæ intra quinquen-

- 3 Superstitio ratione cultus dividitur in tres species, scilicet in superstitionem cultus falsi; in superstitionem cultus superflui, & in superstitionem cultus indecentis.
4 Superstitio cultus falsi que sit.
5 Superstitio cultus superflui que sit.
6 Superstitio cultus indecentis que sit.
7 Superstitio ratione rei cultæ dividitur in quinque species, nempe in idololatriam, magiam, divinationem, vanam observantiam, & maleficium.
8 Idololatria quid sit.
9 Idololatria est triplex, & assignatur.
10 Magia est duplex, nempe naturalis, & superstitiosa, seu diabolica, & quid sit magia naturalis.

coram Ordinario territorii, ubi Conventus consistat, & intendit, de Monialibus loquendo, nullum alium præter Ordinarium cognoscat, vel sit subiectus, adeo ut neuter in primo casu solus procedat, nec determinabit: duo semper Iudices erunt ad utrumque; quia si Localis Regularis nequeat causam assumere, subrogatur pro Defensore professionis in presentibus stantem, ut scilicet quicquid pro ipsius honorario, aut mercede, sive pro expensis in defensione causæ occurrentibus eidem præstandum esse iudex prudenter arbitratu fuerit, id omne ab illis exolveri debeat, quibus à Professo renuntiata fuerunt bona in Religione ingressu dimissa; si verò hi non existant, aut si Professus nihil renuntiandum habuerit, ipsa Religio, quatenus ex illis sit, quæ temporalia bona possident, ad hujusmodi solutiones teneatur. Si autem nec adsint bona renuntiata, nec Ordo Regularis de quo agitur, quidquam possideat, tunc Defensori professionis satisfiat ex pecuniis multarum illius tribunalium, in quo causa agitata fuerit, sive alterius, prout in aliis prædictis literis nostris de matrimonii Defensore statuimus. Lata demum sententia à Superiore Regulari, & ab Ordinario loci, si ea pro validitate professionis pronuntiata fuerit, neque professus appellacionem interponat, causam finitam esse non dubitatur. Si verò Professus ad iudicem secundæ instantiæ appellaverit, vel etiam ulterius eadem causa retractanda fuerit, in omnibus hisce iudiciis volumus similiter Defensorem professionis esse officio deputatum intervenire, eodem prosumo modo, quo in citata constitutione decrevimus, Defensorem matrimonii in secunda, & ulteriori instantia iudicio semper adesse. Ac sicuti præterea statuimus hujusmodi Defensoris partes esse à sententia iudicio primæ instantiæ pro matrimonii nullitate lata alterius instantiæ iudicem provocare, & formam prosequendi iudicium in ulterioribus hujusmodi instantiis præscripsimus, ita porro volumus, ut Defensor professionis à sententia in prima instantia pro nullitate professionis edita appellare omnino debeat; atque in secunda, seu ulteriori hujusmodi causarum revisione, eadem omnia volumus observari, quæ pro causis matrimonialibus in eadem constitutione mandavimus. Quemadmodum denique legitimis poenas eidem constituimus adversus eos, qui post unicum obtemperant sententiam pro prioris matrimonii nullitate, sive pendente appellacione, sive ea per incuriam, aut fraudem defensoris, non interposita, ausi fuissent novas nuptias contrahere; atque decrevimus nemini licere ad altera vota transire, nisi duæ saltem sententiæ conformes pro nullitate prioris matrimonii emanaverint: ita si quis in Ordine Regulari Professus post unicum sententiam favore nullitatis professionis pronuntiata, sive pendente, sive ommissa culpabiliter appellacione, & claustris exire, à Religione discedere, quodque magis est, habitum Regularem abjicere præsumperit, volumus, atque statuimus omnibus eum poenis, atque censuris à sacris canonibus, & constitutionibus Apostolicis contra Apostatas latis, atque sanctis, subjacere, & obnoxium esse: decernentes pariter in hujusmodi causis de professionis nullitate, liberum Professo non esse à Religione migrare, nisi duas saltem obtriverit sententiæ conformes, quibus ab eo emissa professio nulla, & irrita declarata fuerit. Et primæ quidem instantiæ Iudices super validitate professionum, quæ intra quinquen-